et iuniores atq; per deos / infantes pueros ipo
uultu merorē significantes. Hi quidē sic
se habebant perinde ac si Democritus insani-
ret. ¶ Ille uero eo tempore acrius philoso-
phabatur: Ut aūt me uiderūt: uisi sunt
pausillulū respirare: atq; optime sperare.
¶ Verū enim philopomenes ut me domū du-
ceret instabat. Nam ut apud eum diuer-
terē scitu plebis erat constitutū. At ego
inquā o / Abderite nihil extat mihi nego-
cii: nisi ut Democritū uideam: quodcū
audierūt / me laudarūt: letatiq; sunt. Du-
xerūt me confestim per forū urbis mediū /
alii sequendo: alii hinc & inde percurrēdo.
¶ Iuppiter Rex adunū uociferantes auxili-
are cura. ¶ Ego uero eos hortabar / ut bo-
no essent animo / ueluti nihil mali tum
tēporis adesset: & siquid eēt: illud facile
posse curari: quae cū dixi: abii. ¶ Nam do-
mus nō longe aberat: Imo urbs ipa nō
multa quidem erat: Cuius prope muros
inhabitat Democritus. Nam contra ur-
bis Turrim: Quidam eminēs collis exta-
bat altis ac densis populis / amenus: Unde